Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

81) Apud Burglechnerum t. II, l. 4, c. 12: Nobilis et Illustris Comes Albertus Tyrolensis Advocatus, ad Monasterium Novael. dedit, contulit, et donavit, quidquid idem Monasterium et homines ejusdem excoluerint, innovaverint, plantaverint, in agris, in vineis, in pratis, et in omnibus aliis Novalibus montis et Comitia de Hasen Domino Arnoldo de Gorlanch, qui eandem Comitiam a praefato Comite habuit in feodum, consentiente etc. Testes Gebhardus Vlieger etc. Actum Anno Domini 1230. Indictione 2.

82) Ms. Deductio Juris territorialis Episcopi Brinensis. ~~Anno~~ anno duxit (Friderichus Dux Austriae) secundam uxorem Agnetem, filiam Ottonis Ducis Meraniae, consentiente genitore suo, quod tamen fuit inconveniens propter consanguinitatem: ait Arenpeckius Chron. Austr.

83) Apud Rubeis Mon. Aquil. c. 70, Otto I Dux Meraniae cedit ac remittit in perpetuum Bertholdo, et eidem Sedi Aquilejensi omne jus et quaestionem, quae contra eum in ejusdem Marchia et Comitatu Istriae, et Carniola requirebatur, et si quid juris in eis videretur habere. — Anno MCCXXX. Mense Julio III. Indictione. Exinde titulus Marchionis Istriae prorsus cessavit.

83) Albericus ad an. 1229: Imperator Friderichus — mare transiit, quandam pacem cum Soldano Aegypti fecit, et coronam Hierosolymis Dominica Oculi sumsit, cui tamen paci contradicebant Patriarcha Gerboldus et Templarii, et Hospitalarii. Godefridus Coloniensis ad an. 1228. Matth. Parisius ad an. 1230; Urspergensis, a Lugne apud Arnoldum Corp. Hist. Germ.

84) Conf. Urspergensis et Parisius apud eundem. Burglechner t. I, l. 15, c. 4. ~~Ap~~ Jam mense Aprili ad Caesaris castra pervenerant: quia diplomatis dato mense Aprili apud Troggiam, iidem testes legunturs subscripti. Pacis negotium mense Julio et Augusto tractatum est: et Friderichus Augustus die XXVIII Augusti fidelium communioni restitutus. Is etiam Eberhardo Salisburgensi Antistiti privilegium dedit apud S. Germanum Anno Domini MCCXXX. mense Aug. Indict. III. cujus testes sunt ~~Sifridus~~ inter alios Bernardus Karinthiae, Otto Meraniae Duces. Tandem pacis instrumentum expeditum Maagniae Vid. Harzizius Germ. Sac. t. II, in Eberhardo. Idem Augustus Caesar Geroldi Episcopi Frisingensis factum, ~~in cuba~~ quo Duci Bavariae Civitatem Frisingensem in feudum contulerat, civitatem declarat, consultis prius Aquilegiensi Patriarcha, et Archiepiscopo Salzburgensi, et Episcopo Ratisponensi, et Austriae atque Meraniae, nec non et Karinthiae Ducibus. — Acta sunt haec anno Dominicae Incarnati-

N.B.

Datum in palatio S. Germani

quae Tegernseensibus ac Benedictobiuranis Monachis data sunt